

95
 Ergo in pressuris temptationū constituti cedam hanc uocē & p̄mittam desiderū nr̄m.
Quam dilectissima sunt inquit tabernacula tu adn̄e uirtutum; Erat in taberna-
 culis quibusdam id est in torcularibus. Sed desiderabat alia tabernacula ubi
 nulla pressura est. In his illuc suspirabat. ab his in illa. per desiderū carnalem
 quodam modo defluebat; Et quid sequitur. **C**oncupiscit et deficit anima
 mea in terra dñi. Parum est concupiscit et deficit; Sed quo deficit. In terra
 dñi; Defecit uua pressa. Sed quo defecit. In unum et in lacum et in apothecae
 Reque seruanda in quiete magna. hic desideratur. ibi capitur. hic
 suspiratur. ibi gaudetur. hic oratur. ibi laudatur. hic gemitur. ibi exultatur.
 Ita quae dixi quasi dura. hic nemo aduersetur. nemo quasi nollet pati.
 Metuendum est ne uua dum torcular timet. ab aubus uel a feris comedatur.
 In magna uidetur tristitia esse cum dicit. concupiscit et deficit anima
 mea in terra dñi; Non enim habet quod desiderat. Sed numquid sine gaudio
 est. Quo gaudio. quo ait apostolus spe gaudentes; Ibi iam. re. gaude-
 bit. modo adhuc spe. Ideoq; qui spe gaudent quia certi sunt se accepturos.
 tolerant in torculari omnes pressuras. Propterea et ipse ap̄t̄s cum dixisset.
 spe gaudentes. quasi his loqueretur quia in torculari sunt. Addidit sta-
 tim. in tribulatione patientes; In tribulatione inquit patientes; Quid
 deinde in oratione tolerantēs; Quid est tolerantēs. quia differimini.
 O ratas et differimini. Tolerate quod differimini. Toleretur quod differitur.
 quia cū uenerit n̄ auferitur. Audiisti gemitum in torculari. Desiderat
 et deficit anima mea in terra dñi. Audi unde daret. Spe gaudentes; **C**or-
 meum et caromea exultauerunt in dñm uiuum. Exultauerunt hic in illud;
 Unde exultatio. nisi despe. Quo exultauerunt. In dñm uiuum; Quid ibi
 exultauerunt. Cor meum et caromea; Unde exultauerunt. **N**am
 et passer inquit inuenit sibi domum. et turtur nidum sibi. ubi ponat
 pullos suos; Quid est hoc. Quod dixerat et duo reddidit in similitudinibus
 auum; Dixerat exultasse cor suum et carnem suā. et his duobus reddi-
 dit passerem et turturē; Cor tanquam passer. caro tanquam turtur.